Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599296-p0001-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599296-p0002-0

12925.
1610 9 21.
37

# CONTROVERSARUM IURIS FEUDALIS QUAESTIONUM, DISQUISITIO I.

De

# ORIGINE, AUTHORITATE, NOMINE, DEFINITIONE ET ALIQUOT DIVISIONIBUS FEUDORUM.

Quam

DEO TRINUNO FORTUNANTE
PRÆSIDE

**IOHANNE GUILIELMO UNTZERO J. U. D.**

*In celeberrima VVittebergenſium Academiâ ad diem 21. April hora ſexta ante meridiana placidæ examinationi ſubjicit*

POLYCARPUS SENGEBAHRUS
Brunopolita Saxo.

---

VVITTEBERGAE,
Ex officina Typographica Johannis Gormanni.
ANNO M. DC. X.

D. O. M. A.

# CONTROVERSARUM IURIS FEUDALIS QUAESTIONUM.

## THESIS I.

Quamvis ſatis ſuperq; inter omnes conveniat eſſe Feuda, & nobis in manibus tractandos veniſſe libros aliquot feudales: non tamen inde conſtat, in illis Jus Feudorum contineri. Non incommodè itaq; quæritur? Utrum dictis libris compræhenſa, vim atq; autoritatem Juris habeant, & pro lege valeant? Et rationum momenta nos in affirmativam deducunt ſententiam.

I. Quia in ratione naturali ſundata ſunt. *Curt. Iun. in conſil. 212. in*
*2. dubio. Nicol. Everh. in Top. in loco, à ſeud. ad Emph. n. 44. Albert. Brun.*
*conſil. 2. n. 26.* quod aliquot exemplis declarat *Borcholt. in tract. ſeud.*
*c. 2. n. 33.* Ratio autem naturalis vim legis habet. *l. cum ratio 7. in pr.*
*ubi Alberic. de Roſat. ff. de bon. damnat. Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa li-*
*mit. 1. n. 67. cum ſeqq. Molin in extric. labyr. de divid. & individ. ſtipul-*
*p. 1. Curt. conſil. 61. n. 43.* II. Quia conſenſu quodam Juris gen-
tium uſu invaluerunt, & per tanti temporis ſpacium, cujus initii
memoria non extat in contrarium, obſervata fuerunt: Nam
diuturni mores, conſenſu utentium comprobati, legem imitan-
tur *§. ſine ſcripto & ibi Aldobrand. n. 5. 6. & 7. Inſtit. de I. N. G. & C.*
*l. de quibus. 32. §. 1. l. ſed & ea. 35. ff. de ll. Felin. c. jus generale col. 3. di-*
*ſtinct. 1. Roch. Curt. in repetit. rubr. Extr. de conſuet. n. 22.* Et uſus tanti
temporis vim quandam conſtituti & ſpecialis privilegij à prin-

 cipe

cipe ex certa ſcientia conceſſi habet, & pro lege eſt ſervandus. *l. hoc jure. 3. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & æstiv. l. 1. §. 6. C. de vet. jur. enuc. c. ſuper quibusdam. 26. §. præterea. Extr. de V. S. c. 1. de præſcript. in 6. Bald. in prælud. Feud. & in c. un. Quæ ſint Regalia. n. 3. Ant. Gab. Rom. lib. 29. de præſcript. concluſ. 1. n. 1. Alvarot. & And. de Iſern. in prælud. Feud. Bart. & Iaſ. in l. quo minus. 2. n. 40. ff. de flum. ne quid in flum. pub. Franciſ. Curt. tract. feud. p. 1. q. 1. Clar. in §. feudum. q. 3. Zaſ. in Epit. feud. in proœm. n. 3. Sonsbec. p. 1. n. 22. & Schneid. p. 1. n. 3. & 4. Schrad. in tract. de feud. p. 1. q. 1. n. 6. cum ſeqq.* III. Quia imperatoria auctoritate approbata ſunt. *Odofred. in auth. Caſſa C. de S S. Eccleſ. Schneid. d. loco.* Nam Imperator notitiam habens alicujus non improbando approbare cenſetur. *arg. gl. in l. quo enim 12. quam ſequuntur Dd. ff. rem. rat. hab. Bart. in l. 1. §. pœna. ff. de lib. agnoſ.* Et ex patientia & tacitnrnitate indiſtinctè inducitur approbatio & conſenſus in ijs, quæ quis cõtradicendo impedire potuit. *l. ſæpe 63. ff. de re. jud. gl. l. fidejuſſor §. pater. verb. manifeſtam in fin. ff. de pignor. Iaſ. in l. quæ dotis 33. ff. ſol. mat. n. 76.* Jam verò Impp. non ſolùm non improbarunt nec contradixerunt, ſed circa jus feudale diſpoſuerunt, nunc addendo, nunç detrahendo, nũc ratificando, nunc confirmando, ut ex multis juris feudalis textibus apparet, nimirum *ex c. 1. de alien. feud. cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. c. 1. de prohib. feud. alien. per Frideric. c. 1. Quid jur. ſi poſt alien. & c. c. 1. verſ. rurſus. Quib. mod. feud. amit. c. 1. qualiter olim feud pot. alienat. c. 1. §. ſed etſi res. Per quos fiat inveſt. c. 1. §. præterea. De capit. Conrad. & multis aliis in locis. Sonsbec. de feud. p. 1. n. 22.* IV. Quia hæ conſuetudines feudales in ſcriptis redactæ inter Imperiales conſtitutiones corpori Juris inſertæ publicè in Academijs prælectæ, in foro obſervatæ, & tam Imperiali auctoritate, quàm tacito conſenſu populi univerſaliter approbatæ & confirmatæ ſunt. *Curt. in tract. feud. p. 1. q. 1. n. 17. Mozz. de orig. feud. n. 34. Duar. de feud. c. 1. n. 1. Schneid. p. 1. n. 3. Iohan. Baptiſt. Caccialup. c. 1. in fin. evidential. De feud. cognit. Viv. in theſ. com. opin. lit. F. verb. feudum. n. 1.* Diſſent. *Georg. Obrecht. diſput. feud. 1. c. 3. th. 82. & 83. Vult. de feud. lib. 1. c. 1. n. 3.* V. Quia, quemadmodum Judex contra Jus ſcriptum judicans & pronuncians, litem ſuam facit, parti læſæ ad intereſſe tenetur, & ſententia nullas vires habet. *l. ſi cum. 2. C. quando provoc. non eſt neceſſe. l. quemadmodum. 29. ff. ad L. Aquil. l. 2. ff. quod quisq. jur. in al. ſtat.*

*Bart. in l. fin. C. de pœn. Iud. qui malè jud.* ita etiam ſi contra conſuetudines feudales pronunciaverit. *arg. auth. jubemus. ubi Bald. & Iaſ. C. de Iudic. Panorm. in c. 1. n. 17. Extr. de ſent. & re jud. Bald. in d. l. 2. n. 17. C. quando provoc. non eſt neceſſe* VI. Quia ſicut ignorantia vel error juris obeſt, neq; excuſationem meretur, *l. 2. C. de in jus voc. §. 1. Inſt. de De oblig. quæ ex delict. l. ſi adulterium 38. § nonnunquam ff. ad L. Iul. de adult. t. t. ff. de jur. & fact. ignor. ibi VVeſenb. in par. n. 4. Vult. lib. 1. Iuriſpr. c. 7.* ita nec ignorantia conſuetudinum feudalium justam excuſationem præbet. *Alvarot. Bald. Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. in c. 1. de controverſ. inter dom. & emt. feud.* Atque hanc affirmativam ſententiam ultra jam allegatos autores amplectuntur etiam, *Iacob. de Belviſ. tit. De hiss qui feud. dar. poſ. præpoſ. in prælud. feud. n. 7. Ferrar. in Vſib. feud. lib. 1. c. 2. Ripa in l. ult. C. de revocand. donat. n. 699. & ſeq. Laurent. Sylvan. de feud. cognit. q. 1. Nicol. Everb. Iun. in conſil. 58. n. 24. col. 1. Mich. Graß. lib. 2. cōm. opin. in verb. feudum. q. 1. Otto Meland. in diſcuß. feud. q. 3. Roſenthal. tract. feud. p. 1. c. 1. q. 9. Obrecht. diſp. feud. 1. th. 24. & ſeqq. VVeſenb. in proœm. de feud. n. 3. Nic. Intrigliol. q. 4. n. 26. & ſeq. Rittershuſ. in partit. feudal. c. 1. q. 7. Fachin. 7. cont. 2. Schrad. 2. Part. 9. part. princ. c. 10. ſect. 3. n. 112. & ſeqq.* Diſſent. *Pet. Iacobin. in pract. tit. de ſucceß. feud. in pr. Oldrad. conſil. 159. n. 7. Aegid. Bellem. conſil. 48. Alberic. in rubr. C. de donat. Hoſtien. in ſumma de immunitate. §. in quantum. verſ. ſi verò paternum. Carol. Molin. in conſue. Pariſien. in proœm. n. 46. Anton. de Prato veteri in proœm. feud. col. 7.*

## II.

Sed inter omnes non convenit, An conſuetudines feudales obligent tam Clericos ſive Eccleſiaſticas perſonas, quàm Laicos, ſive, an in utroq; foro ſint obſervandæ? Nobis affirmativa ut verior ita melior arridet ſententia.

I. Quia multa Juris Canonici capitula illam probant, nimirum *c. cæterum, & c. novit. verſ. non enim intendimus. Extr. de Iudic. c. ex transmiſſa. c. verùm. extr. foro compet. c. de forma. 22. q. 5.* II. Quia Clerici Vaſalli Juramentum fidelitatis, cæteraq; omnia præſtare tenentur, quæ laici. *Iaſ. in prælud. feud. n. 5. Curt. in tract. feud. p. 1. q. 2. Panor. in c. veniens. Extr. de accuſat. n. 4. Matth. de afflict. c. 1. §. Item ſi, de capit. Corrad. Bald. in l. fin. C. ſine cenſu vel reliq. fund. comp. non poſſe.*

III. Quia conſuetudo laicorum rationabilis, adſtringit etiam Eccleſias, ſive perſonas Eccleſiaſticas. *Panorm. in c. Eccleſia, S. Mariæ. Extr. de conſt. n. 17. & c. cũ cauſa. Extr de ſent. & de re jud. n. 3.* Cõſuetudines autẽ feudorũ rationabiles eſſe, tenet *Andr. de Iſern. in prælud. feud. n. 24. circa fin.* IV. Quia ex quibus cauſis laici, ex ijsdem quoq; Clerici feudo privantur. *d. c. 1. § Item ſi Clericus De capit. Corrad.* V. Quia ſicut dominus feudi laicus, ita etiam clericus certis de cauſis proprietatem illius amittere poteſt. *Andr. de Iſern. Iacob. de Belviſ. d. § Item ſi clericus, & ibi Matth. de Afflict. n. 79. & 80. arg. c. 1. § domino, Si de feud. defunct. content. ſit.* VI. Quia Vaſalli clerici ſimili modo ut laici coram paribus Curiæ, quamvis illi laici ſint, conveniri poſſunt. *d. c. ex tranſmiſſa. & c. verum. Extr. de foro compet. Bald. in c. 1. de controverſ. inter Epiſcop. & Vaſal. & in c. 1. de controverſ. feud. apud. par. terminand. Socin. in c. 1. n. 27. & c. ſanè n. 14. de for. compet. Afflict. de feud. fœm. §. fin. n. 6.* VII. Quia conſuetudines feudales dicuntur univerſales, tacitoq; univerſi populi, atq; ita tam clericorum quàm laicorum conſenſu fuerunt introductæ atque receptæ. *Curt. p. 1. q. 2. n. 4. Felin. in c. cum Eccleſia. Extr. de conſtit. Panorm. in c. cum veniſſent. Extr. de eo qui mittit. in poſ. cauſ. rei ſerv. Roch. Curt. in c. fin. q. 11. princ. Extr. de conſued.* VIII. Quia clerici, ſi ſecularibus negotijs ſe immiſceãt, privilegijs ſuis, quo ad illa negotia, videntur renunciare. *Sonsbec. p. 1. n. 29.* IX. Quia natura cauſæ trahit ad ſe perſonam, non item perſona naturam cauſæ. *Bald. in d. c. 1. de controverſ. apud par. terminand. latè Nicol. Boër. deciſ. 79. n. 22. cum ſeqq.* Hanc ſententiam probant *Mart. Laudenſ. c. 1. n. 6. Felin. in d. c. Eccleſia S. Mariæ n. 36. Extra de conſtit. Marant. in Spec. p. 3. n. 93. Iaſ. in prælud. feud. n. 1. Alvarot. c. 1. Qui feud. dar. poſ. Clar. q. 3. & q. 90. Mich. Graß. in com. opin. lib. 2. verb. feudum. q. 2. Mozz. tit. de his qui feud. accip. poß. n. 3. Pet. Anch. conſil. 173. Seyſell. de orig. & cauſ. feud. §. quin imo. Hannet. lib. 1. c. 1. verſ. & quamvis. Decian. reſpon. 90. n. 1. vol. 3. Roſenthal. c. 1. concluſ. 8. Fichard. conſil. 15. n. 12. vol. 2. Pet. Raven. de feud. in princ. col. 2. M. Anton. Peregr. conſil. 25. n. 1. lib. 1. Guer. Piſo. q. 2. Sonsbec. p. 1. n. 26. & ſeqq. Schneid. p. 1. n. 6. Schrad. p. 1. q. 2. n. 1. & ſeq. Vult. l. 1. c. 1. n. 8.* Diſſent. *Andr. Barbat. in c. cæterùm. Extr. de Iudic. Bart. in l. de quibus. n. 30. ff. de ll. & in l. cunctos populos. n. 28. C. de Sum. Trin. & fid. cathol. Bertachin. in Repert. in verb. conſuetudo ligat. n. 12. Flor. in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. com. præd.* Aliter *Curt. d. loco. p. 1. q. 2.*

III. In

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599296-p0008-6

## III.

In quæſtionem quoque venire ſolet, an conſuetudines feudales in argumentum trahi, ſive ad deciſiones cauſarum extra materiam feudalem allegari poſſint? Diſtinguimus.

Aut conſuetudines feudales diſponunt contra Jus Romanum: Aut conſentiunt cum illo, & habent rationem naturalem. In priori caſu negamus: In poſteriori affirmamus. I. Quia conſuetudo rationi conſentanea, non minoris eſt auctoritatis in cauſis decidendis, quam Jus ſcriptum, cum à pari potentia introducatur. *d. l. de quibus 32. cum ſeqq. ff. de ll. Cujac. in tit. de ſeud. & eor. conſuet.* II. *Per l. quod contra rationem. 14. ff. de ll.* Ergo à contrario, ubi conſuetudo introducta eſt cum ratione, non autem contra rationem, ad ſimiles caſus extendi poteſt. *arg. l. cum mulier. 47. ff. ſol. mat. l. his ſolis. 7. C. de revocand. donat. Iaſ. in auth. quas actiones. n. 22. C. de S S. Eccleſ.* Tuentur hanc ſententiam *Curt. p. 1. q. 3. Intrigliol. q. 11. Sckneid. p. 1. n. 9. Socin. conſil. 167. lib. 1. Borcholt. c. 2. n. 32. & 33. VVeſenb. in proœm. feud. n. 7. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. n. 78. & 79. Sonsbec. p. 1. n. 5. & 6. Roſenthal. c. 1. q. 9. Otto Meland. d. l. q. 5. Vult. c. 1. n. 9. Alvar. Valaſc. de Iur. Emphyt. q. 39. n. 19. Schrad. p. 1. q. 3.* Diſſent. *Bald. in c. 1. n. 8. de feud. cognit. Bart. in l. ut Iusjurandi §. ſi libri n. 5. ff. de oper. libert. Ant. Grab. lib. 5. concluſ. 2. n. 16. Bellamer. deciſ. 626. Menoch. conſil. 545. n. 22. vol. 6. Pet. Surd. conſil. 120. n. 15. vol. 1. Mozz. de Orig. feud. n. 36.*

## IV.

An argumentum à contrario ſenſu in conſuetudinibus feudalibus locum habeat, ſi quis quæret, affirmativè reſpondebimus, modo non tendat ad Juris communis vel feudalis correctionem.

I. Quia argumentum à conſuetudine ad legem valet. *Bart. in l. illud. ff. de excuſat. tut. Iohan. Andr. in c. ſacroſancta. Extr. de elect.* in lege autem argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimum. *l. 1. §. hujus rei ff. de offic. ejus &c. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. c. cum apoſtolica. Extr. de his quæ fiunt à prælato. ſine conſ. capit. Socin in tract. regul. reg. 28.* II. Quia in omnibus diſpoſitionibus, quæ strictam

recipiunt

recipiunt interpretationem, argumentum à contrario ſenſu locum habet. *Tiraquel. in loc. ſi unquam verſ. libertis. n. 35. C. de revocand. donat. Roland. à Valle conſil. 65. n. 22. & conſil. 72. n. 17. vol. 4. Iſern. in c. 1. §. præterea n. 7. de capit. Corrad. Caccialup. de feud. cognit. art. 5. n. 1.* Hanc opinionem ſequuntur *Bald. in d. §. præterea. & in l. voluntas. 7. C. de fideicommiſ. Cacher. deciſ. Pedemont. 23. n. 52. Curt. p. 1. q. 4. Vigel. c. 1. reg. 5. Roſenthal. c. 1. q. 11. Intrigliol. q. 23. Schrad. p. 1. q. 4.* Diſſent. *Iaſ. in l. 1. in pr. n. 38. ff. de offic. ejus, cui mand. &c. & in l. 1. n. 59. C. de jur. Emphyt. Socin. in conſil. 278. n. 8. & 9. vol. 2. Anton. Capic. in inveſt. feud. fol. 162. Everh. in locis legal. loco à contrar. ſenſu n. 30. Marant. in Spec. p. 3. n. 91. Alex. conſil. 25. in pr. vol. 5.*

## V.

Illud quoque ſcrupulo non caret, an ceſſante vel deficiente feudali jure, ſi in quæſtione feudali decidenda, Jus Civile & Canonicum inter ſe diſcrepent, hoc vel illud ſervandum ſit? Et Canonicum obſervandum eſſe, ut communis ita vera eſt Dd. ſententia.

I. Quia in omnibus cauſis, in quibus juramenti religio intervenit, ſi jus civile & canonicum diſcrepant, Jus Canonicum ſervare ſolemus *c. novit. Extr. de Iudic. c. ult. Extr. de for. compet. Fel. in c. cæterum. n. 21. Extr. de Iudic. Iacob. de S. Georg. in verb. Et dicti Vaſalli. n. 17.* In feudis autem regulariter Juramentum fidelitatis præſtatur *c. 1. per quos fiat invex. c. 1. de form. fidel. c. 1. Qualiter Vaſal. jur. deb.* II. Per ea quæ tradit Panorm *in c. cum ſit generale. n. 21. Extr. de for. comp.* Affirmant ulterius hanc opinionem *Curt. p. 1. q. 12. Intrigliol. q. 17. Barth. de Bellentz. in addit. ad Abbath. c. 1. Extr. de nov. oper. nunc. Iaſ. in tract. feud. p. 7. n. 6. Bald. in d. §. præterea. concluſ. 3. n. 30. Mart. Laud. c. 1. de controverſ apud par. term. Alex. conſil 5. n. 10. lib. 5. Schrad. p. 1. q. 6. & p. 7. n. 69. Pruckman. conſil. 2. n. 193. & 274. conſil. 28. n. 29. & conſil. 50. n. 146. lib. 1. Vult. d. l. n. 9.* Diſſent. *Molin. in conſuet. Pariſ. §. 1. gl. 5 in. 72. Marant. d. loco. n. 88. Iaſ. in præluds feud. n. 63. Ioh. Niell. diſp. feud. 1. th. 4. lit. 6 & c.*

## VI.

Sed unde nam & à quibus hæ conſuetudines feudales cœperint & manarint, diverſæ ac variæ inter ſe pugnan-

gnantes reperiuntur Dd. opiniones: nos originem ha-
bere à moribus Longobardorum, quos Saxones fuiſſe
ex hiſtorijs patet, ſtatuimus.
I. Quia ipſum nomen feudi Longobardicum eſt, & inſuper feu-
dorum uſibus plurima Longobardorum vocabula, germanico
idiomati proxima inveniuntur, quæ recenſet Borcholt. *de feud.*
*lib. 1. c. 2. n. 13. cum ſeqq.* II. Quia Legum Longobardicarum in
uſibus feudorum ſæpiſſimè fit mentio, ut in *c. 1. de feud. cognit. c. 1.*
*de milite Vaſal. qui contum. eſt c. 1. de not. feud. c. 1. de content.*
*int. dom. & fidel. cum ſimil.* III. Quia in legibus Longobardicis
extat titulus de beneficijs & terris tributarijs: quæ beneficia feu-
da denotant, *ut vult Fachin. lib. 7. controverſ. c. 1.* IV. Quia Com-
pilatores harum conſuetudinum Longobardi fuerunt, ut apparet
*ex c. un. In quib. cauſ. feud. amit. c. un. §. porro vers. illud tamen. Quæ fu-*
*it. prim. cauſ. benefic. amit. c. un. per. t. de Capit. qui cur. vend. c. un. de*
*feud. cognit. Borcholt. d. c. n. 28.* V. Quia etiam hodiè in quibusdam ſin-
gularibus juris feudalis caſibus, Jus Saxonicum, cum legibus
Longobardorum, & his ipſis feudorum uſibus convenit, ut
**Landrecht.** *lib. 1. art. 17. art. 25. art. 63. lib. 3. art. 32. & alibi. Obrecht.*
*diſp. feud. 1. c. 2. th. 69.* Autores qui hanc opinionem tuentur, ſunt:
*Jacob. de Belviſ. & Mart. Laud. in c. 1. de his qui feud. dar. poſ. Nic. Mozz.*
*de feud. t. 1. n. 31. & ſeq. Caccialupp. in c. un. de feud. cognit. p. 3. Guer.*
*Piſo in prælud. feud. c. 4. n. 21. Intrigliol. q. 3. n. 20. Hottom. de feud. diſp. 1.*
*c. 2. Duar. c. 3. n. 4. VVeſenb. c. 3. n. 2. Roſenthal. c. 1. axiom. 6. Lautterbach.*
*de lit. & arm. n. 133. Vult. c. 1. n. 14. Vincent. Cabot. lib. 2. var. diſput. c. 30.*
*Gœdd. diſput. feud. 1. th. 5. lit. F. Pruckman. conſil. 50. n. 128. Pet. Heig. p. 1.*
*q. 1. n. 32. cum ſeqq. Rittershus. lib. 1. part. feud. c. 1. q. 3.* Diſſent. *Zaſ.*
*in l. 2. de orig. Jur. & in epit. feud. p. 1. Budæus in l. Herennius. ff. de evict.*
*Mar. Frecia in com. feud. in pr. Hannet. de feud. lib. 1. c. 2. And. Brem. in*
*Iſagog. feud. t. de orig. feud.* qui originem feudorum à vetuſtis Ro-
manorum Clientelis deducunt. Aliter *Matth. de Afflict. in prælud.*
*feud. n. 31. Sonsbec. p. 1. n. 33. Claud. Seyſell. in ſpec. feud. in definit. feud.*
*verſ. tertio principaliter. Connan. lib. 2. com. 9. c. 5. Vigel. de feud. c. 1.* qui
ad militias referunt. Aliter *Lucas de Penna in l. quicunq. 2. in pr. col. 2.*
*C. de om. agro deſert. lib. 11. & in l. 1. C. de petit. bon. ſublat. lib. 10. Gui-*
*liel. Benedict. in c. Raynutius, deciſ. 3. n. 3. & 4. Extr. de teſtam.* qui ad

prædia ſtipendiaria & tributaria referunt. Aliter *Cujac. lib. 8. obſ. c. 14. & com. feud. in pr. quem ſequitur Borcholt. in c. 2. n. 12.* qui ab hominibus, quorum mentio fit *in l. 2. C. de Epiſc. & Cler. & l. 4. C. de dignitat. lib. 12. l. un. C. de conduct. & procur. præd. fiſcal. lib. 11. & alibi*, ortum habere ſtatuunt. Aliter deniq; *Suffrid. Petri. in lib. de ſcriptor. Friſ. in decad. 1. t. pr. & c. 9.* qui Friſoni, conditori Friſonicæ gentis, feudorum originem tribuit.

## VII.

Circa Etymologiam feudi, ſerram contentionis doctiſſimi Interpretes trahunt: Nos à fide ſeu fidelitate rectius appellari, putamus.

I. *Per expreſſum textum in §. nulla autem. Per quos fiat inveſt. ubi dicitur*: Nulla inveſtitura fieri debet ei, qui fidelitatem facere recuſat, cum à FIDELITATE vel FIDE feudum dicatur. II. Quia Longobardis, primis Feudorũ auctoribus fede dicatur fides. *Ioh. Garſ. de expreſ. c. 12. n. 30. & 31. Roſenthal. c. 1. concluſ. 5.* III. Quia Vaſalli, qui feuda habent, non tantum fideles nominentur, *c. un. de cõtent. inter. dom. & fidel. c. un. § 1. de his qui feud. dar. poſ.* ſed omne etiã inſtitutũ rei feudalis, Vaſalli, fidelitate & domini beneficẽtia cõtineatur. Placet hæc opinio *Curt. p. 1. q. 7. n. 1. Sonsbec. p. 2. n. 33. Iacobut. de Franch. in uſibus. feud. q. ſpecies feudi quot ſunt. n. 159. Clar. d. § feudum. q. 5. Pet. Loriot. in com. ad uſus feud. fol. 5. Seyſell. d. loco. §. dicitur autem. & §. ſeq. Hannet. de feud. c. 2. verſ. feudum verò. Chaſſan. in conſuet. Burgund. tit. des fieds. § 3. verſ. & hommage. n. 8. Menoch. conſil. 1. n. 32. vol. 1. & conſil. 156. n. 13. vol. 2. Rebuff. declarat. feud. 22. Blanc. in epit. feud. c. 1. n. 7. Duar. c. 2. n. 3. VVarmim. Erenb. de fœder. cap. 3. n. 15. Intrigliol. q. 2. Roſenthal, c. 1, concluſ. 5. Schneid. p. 1. n. 18. & ſeqq. Mozz. de orig. feud. c. 1. n. 1. VVeſenb. c. 1. in pr. Cujac. in pr. com. de feud. Borcholt. c. 1. n. 1. Schrad. p. 2. c. 1. in fin. & p. 10 ſectio. 7. n. 161. Vult. c. 2. n. 2. Heig. p. 1. q. 2. q. 70. & ſeq. Orecht. diſput. feud. 1. c. 4. th. 110. & in Cynoſur. Iur. feud. c. 1. n. 2.* Diſſent. *Zaſ. p. 1. n. 2. & ad leg. 2. in pr. n. 22. ff. de orig. Iur. Thom. de Marin. t. 16. n. 2. Valaſc. de jur. emphyt. q 38. n. 1.* qui à fœdere. Aliter *Nard. Liparul. in addit. ad And. de Iſern. ad c. un. in fin. n. 17. per quos fiat inveſt. Camer. in c. Imperialem. de prohib. feud. alien. per Frid. Iacob. Kleiſt. in proœm. concluſ. feud. §. porro ad Etymologiam. Ferrar de*

feud.

*feud. c. 1. n. 1. Hottom. diſput. feud. c. 1. Iacob. Columb. in c 1. de his qui feud.*
*dar. poſ. P. Gregor. Tholoſan. in Syntagm. Iur. lib. 6. c. 2. n. 2.* qui à Longo-
bardico vocabulo Faida. Aliter, *Vigel. § c. 2. reg. 2 qui à* Vogthey. A-
liter *Ioach. à Beuſt. in l. admonendi. 31. ff. de jurejur. Ritterſhuſ. c. 1. q. 12.*
qui à Hüden. Aliter *Anton de Prato. in rubr. de his qui feud. dar. poſ.*
*Iaſ. in præluds. feud. n. 28. Heinric. Archiepiſc. in ſumma.* § 2. qui à fieri
deducunt.

## VIII.

Feudi definitionem realem quod attinet ſimiliter non uno modo interpretes expreſſerunt: Nobis, quod ſit jus, ſub mutuæ fidei conditione, in rebus immobilibus, certo modo utendis fruendis conſtitutum, definire placet.

Definitur Jus. I. Quia dubium nullum eſt, quin feudo
conſtituto, jus vaſallo à domino concedatur. II. *Per textum*
*t. 99. De feud. Ligio, ubi dicitur: Ad quem ſolita feudi jura.* III. *Per*
*textum t. 102. Non cogi vaſall. pro un. feudi. du. fid. fac. ubi dicitur:* Se-
cundum Jus feudi. Hic tamen probè notandum, triplici modo
feudum accipi 1. *Pro* materia feudi, ſeu pago ipſo hoc mo-
do conceſſo, *ut c. 1. § è contrario. De inveſt. in re alien. fact. c. 1. § Si*
*vaſallus. Hic finit lex. c. 1. § fin. Si de inveſt. feud. controv. fuer.* 2. Pro
ipſo conceſſionis actu, quando per inveſtituram inter domi-
num & vaſallum obligatio contrahitur, quo reſpectu contra-
ctus dici poteſt. *c. 1. De controv. inter Epiſc. & vaſal. c. 1. in pr. & § 1. Per*
*quos fiat, inveſt. c. 1. qualiter olim feud. pot. alien.* 3. Pro jure feudi uni-
verſo per contractũ conſtituto *c. 1. in fin. Quib. mod. feud conſtit. pot.*
quo ſignificatu in noſtra definitione accipi volumus. Dicitur
porro in definitione, ſub mutuæ fidei conditione: Quia his ver-
bis forma & ſubſtantia feudi exprimitur, & tam perſonam do-
mini quam Vaſalli reſpiciunt non tamen uno eodemq; modo, *c.*
*1. Si defunct. cont. ſit. c. 1. de conſtit. rect. feud. c. 1. in fin. de form. fidel.*
*c. per quos fiat inveſt. c. 1. § 1. Quæ fuit prim. cauſ. beneſ. a-*
*mit. And. Knich: in tract. de jur. territ. c. 1. n. 146. & de pact. veſtit. p.*
*c. cap. 3. num. 50. & ſeqq. Molin. in conſuet. Pariſ. t. 1. in pr. n. 114.*
*Mynſ. de cad. 11. reſponſ. 7. n. 2. & ſeqq.*

Dicitur ulterius: In rebus immobilibus. Quia feudum non niſi in rebus ſoli vel ſolo cohærentibus, vel ijs, quæ inter immobilia connumerantur, conſiſtere poteſt *c. 1. §. ult. de feud. cognit. Iohan. Johan. Köppen. deciſ. 18. n. 1. & 2. Pruckman. conſil 28. n. 33. & ſeqq. Roſenthal. c. 4. q. 7.* Hujus ratio eſſe poteſt, quoniam feudum jure ſingulari in perpetuum conceditur. *c. 1, §. cum vero. De his qui feud. dar. poſ.* Rerum autem mobilium non perpetua ſed uſu peritura eſt ſubſtantia, *§. inſtituitur. Inſtit. de uſufru.* Immobilium itaq; rerũ feudum erit, *Dn. Arum. in prælect. feud. de feud. definit.* Dicitur porrò: Utendis fruendis. Quia in feudo rei immobilis uſusfructus in Vaſallum transfertur *c. un. §. ult. In quibus cauſis feud amit.* Et quamvis non videatur eſſe uſusfructus, utpote qui ſemper eſt temporarius (ut modò dictum) nec in perpetuum conſtituitur & perſonam, niſi ita conventum fuerit, non excedit. *d. §. finitur, l. 1. & t. t. ff. quibus mod. uſufr. amit. l. antiquitas. 14. C. Vſufr.* tamen revera uſusfructus eſt, *d. c. un. §. ult* ſed, Certo modo: ut in definitione recte additur Quia in perſo[illegible] Vaſalli uſumfructum pleniorem, quàm ſimplicis uſufructuarij accipimus *Zaſ. lib. 1. conſil. 12. n. 29. Guer. Piſo in prælud. feud. c. 21. n. 7. And. Gail. 2. obſ. 155. n. 3. & 5. Ioan. Vincent. Honded. conſil. 86. n. 24. & ſeqq. vol. 2.* Propoſitæ definitioni ſubſcribunt. *Vigel. c. 2. q. 3. reg. 6. Cujac. lib. 1. de feud. in præfat. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ tit 1. in pr. n. 115. Roſenthal. c. 1. q. 6. n. 11. Ioha. Niell. diſp. feud. 1. th. 6. Ioh. Schöner. diſput. feud. 1. th. 1. Obrecht. diſp. feud. 1. c. 4. th. 139. Otto Meland d. p. 1. q. 11. Rittersbuſ. c. 3. q. 4.* Diſſent. *Obert. de Orto in c. 1. in fin. In quibus cauſis feud amit.* quem ſequitur *Cuman. in prælud. c. ſi aliquem. n. 104. Paul. de Caſt. in l. fin. n. 2. ff. de conſtit. princ. Alvar. in c. 1. De cont. int. dom. & Vaſal. Iacob. Ardizo c. 4. Laudenſ. c. 1. De his qui feud. dar. poſ. Afflict. in prælud. feud. n. 49.* qui non per jus; ſed per beneficium: Aliter *Bart. in l. Iurisgentium §. quin imo. col ult. ff. de pact. Bald. in rubr. C. de rer. permut. Alex. conſil. 204. col 2. vol. 2. Schrad. p. 2. c. 2. n. 1. & 2.* qui per contractum. Aliter *Hottom. in diſput. feud. c. 4.* qui per Clientelam militarem. Aliter *Duaren. de feud. c. 2.* qui per rem immobilem. Aliter *Pet. Loriot. in com. feud. fol. 5.* qui per conceſſionem perpetuam uſusfructus. Aliter *Raynal. in c. Imperialem, De prohib. feud. alien. per Frid. Rol. à Vall conſil 85. n. 25. vol. 4.* qui per benevolam & liberam conceſſionem.

Aliter

Aliter Goffred. in ſumma de feud. Iacob. de Belviſ. in l. rub. feud. Tiber. De-
tian. reſpon. 24 n. 67. vol. 3. Pet. de bell. Pert. in tract. ſeud. in pr. qui
per conceſſionem pro homagio facta. Aliter deniq; Iohan. Gœdd.
diſp. ſeud. 1. th. 13. lit. a. Hier. Setzer. diſp. ſeud. 2. th. 40. Dn. Vult. 1. feud.
c. 2. n. 9. qui per uſum fructum definiunt.

# IX.

Sed amplius dubitatio oritur, An contractus feu-
dalis (prout illum in quæſtione præcedenti, iu ſecundo
notabili accipimus) magis accedat naturæ contractus
nominati, vel innominati? Et pro nominato reſponde-
bimus.

I. Quia à conſuetudine nomen habet ſingulare, & formam à
cæteris contractibus differentem. Bart. in d. l. Iuriſgentium §. quin
imò. n. 19. de pact. Bald. in c. quæ in Eccleſiarum. n. 21. Extr. de conſtit. Iaſ.
in l. 1. n. 8. & 9. ff. de condict. ex lege. Frid. Schenck. Baro à Tautenberg.
lib. 3. tit. 1. n. 15. Schrad. p. 2. c. 2. n. 3. Zaſ. p. 1. n. 5. VVeſenb. c. 1. n. 7.
II. Quia in hoc contractu non aliter pœnitere licet, quàm in
contractibus nominatis, c. ſi facta. Si de feud. defunct. cont. ſit. c. 1. §.
fin. De nov. form. fidel. Curt. p. 1. q. 9. Schneid. p. 1. n. 24. III. Quia
contractuum nominatorum proprietates omnes in hoc inveni-
untur, teſte VVeſenbec. in tract. feud. c. 1. n. 7. Autores hujus opinio-
nis ſunt. Clar. d. §. feudum. q. 6. Ang. in l. legitima. ff. de pact. & Auth.
ut ſponſal. larg. in pr. Fortun Garz. in d. § quin. imò. n. 29. in fin. Claud.
Seyſell. in ſpec. feud. n. 15. in fin. Socin. in conſil. 68. n. 6. lib. 1. & conſil.
165. n. 5. lib. 2. Aug. Bero. conſil. 115. n. 11. lib. 1. Mozz in pr. n. 37. Molin.
d. loco. tit. 1. §. 1. gl. 9. n. 4. Laur. Sylvan. q. 3. n. 7. Rol. à Vall. conſil. 3.
n. 32. lib. 1. & conſil. 32. n. 60. lib. 4. Menoch. conſil. 549. n. 43. lib. 4.
Hannet. de feud. c. 2. n. 2. Ronchegall. in l. reos. §. cum tabulis. n. 37. ff. de
duob. reis. Caccialup. art. 5. n. 5. Surd. conſil. 5. n. 60. lib. 1. Roſenthal. p.
1. c. 1. q. 4. Tapia. l. fin. p. 1. c. 1. n. 24. & ſeqq. ff. de conſtit. princ. Rit-
tersbuſ. lib. 1. c. 3. q. 6. Diſſent. Henric. Archiepiſc. in pr. ſuæ ſummæ. §.
2. Bald. in rubr. C. de rer. permut. col. 1. & in c. fin. Extr. de cauſ. poſſ. &
prop. Campeg. Conſil. feud. 2. n. 17. And. ab Exea. de pact. n. 487. Iaſ. in l.
2. in pr. n. 9. ff. ſi cert. pet. & in prælud. feud. n. 14. Hottom. 6. obſ. 7. Se-
tzer. diſp. feud. 2. th. 63. Barchman. diſput. feud. 1. th. ult. n. 4.

## X.

Huic vicina & illa eſt quæſtio, Num contractus iſte bonæ fidei ſit, vel ſtricti Juris. Communiter quidem Dd. quod ſtricti juris ſit, validis munire videntur rationibus, ſed tamen non tantis, ut ijs ab altera ſententia abduci nos patiamur.

I. Quia feudum propter exuberantiam fidei, quæ illi ineſt, nomen accepit, ejusq́; ſubſtantia ipſa poſita eſt in fidelitate. *c. 1. Per quos fiat inveſt. Clar. d. §. q. 5. Matth. de Afflict. c. 1. §. ad hoc. n. 8. Hic finit. lex. Iohan. Andr. in c. 1. Extr. de feud. Præpoſ. in c. 1. in pr. n. 2. de feud. cognit. Alex. conſil. 136. n. 1. lib. 1. Zaſ. in tit. de orig. nom. & invent. feud. in pr.* II. Quia, ex hoc contractu ultro citroq; naſcitur obligatio, & ſumma æqualitas *c. 1. in fin. De form. fidel. & c. 1. De nov. form. fidel. c. 1. & ibi gl. Qualiter dom. proprietat. priv. Steph. Bertr. conſil. 15. n. 5. lib. 1.* quod proprium eſt contractuũ bonæ fidei *Hottom. in §. actionum. Inſtit. de act.* III. Quia feudum eſt beneficium, *c. 1. §. fin in quibus cauſ. feud. amit.* ideoque latè & ex bona fide interpretandum *l. fin. ff. de conſtit. princ. Cardin. in c. 1. De feud. cognit.* IV. Quia in contractu feudali uſuræ veniunt à tempore moræ & intereſſe. *d. c. 1. De nov. form. fid.* quod fit in bonæ fidei contractibus, *d. §. actionum. & l. in bonæ fidei. ff. de in lit. jurand.* V. Quia in iſto contractu evictio locum habet *c. 1. De inveſt. de re alien. fact.* quæ in bonæ fidei contractibus præſtatur, licet de ea nihil fuerit conventum. *l. 6. C. de evict.* VI. Quia in feudis locum habet *l. 2. C. de reſcind. vend. Roman. in l. ſi quis cum aliter. fallent. 10. ff. de verb. oblig. Albert. Brun. conſil. 41. n. 35.* quod tamen non niſi in contractibus bonæ fidei, accidit, ſecundum communem Dd. ſententiam. *Bart. in d. l. 2. n. 5. C. de reſcind. vend. & in d. l. ſi quis cum aliter. ubi etiam Iohan. de Imola. & Iaſ. n. 18. ff. de verb. oblig. Paul. de Caſt. conſil. 386. n. 2. lib. 2.* VII. Quia in bonæ fidei judicijs pleraq́; committuntur arbitrio judicis, *§. in bonæ fidei & ibi Dd. Inſtit. de act.* quod ſimiliter & in feudis obtinet, *c. 1. §. ſed quia. Quæ fuit prim. cauſ. benefic. amit. & c. 1. §. ad hoc. Hic finit lex.* VIII. Quia ſatis conſtat, omnes contractus, quo ad mentem & intentionem, hoc eſt, ipſam ſubſtantiam conventionis inter partes bonæ fidei eſſe, ſecundum *Bald. in c. 11. Extr. de plus petit. & Iaſ. in d. § actionum.*

De

De hac opinione idem ſentiunt, *Bald. in tit. de pac. conſtant. Panorm. conſil. 82. n. 6. lib. 1. Azo. in Summa. C. de fideicommiſ. Decius conſil. 413. n. 11. lib. 3. Curt. Iun. Conſil. 21. n. 8. Goffred. in ſumma tit. de feud. Mozz. in tract. de feud. in pr. n. 26. Claud. in tit. de definit. feud. n. 10. Iaſ. in l. 1. C. de jur. Emphyt. Ferrar. Montan. de feud. lib. 1. c. 5. §. contractus autem. Duar. c. 19. n. 4. Rittershuſ. c. 3. q. 8. Niell. diſp. feud. 4. th. 2. lit. d.* Diſſent. *Curt. in tract. feud. p. 1. q. 9. in fin. Hanneton. de feud. c. 2. n. 2. Sigiſm. Neapol. conſil. feud. 1. n. 50. Bec. conſil. 101. n. 9. Marc. Mant. conſil. 74. n. 11. Clar. d. §. q. 7. Caccialup. art. 5. n. 4. Pet. de Gregor. in tract. conceſſ. feud. p. 2. q. 5. Cæphal. conſil. 303. n. 110. lib. 3. Iacob. de Belviſ. & Raven. in c. 1. de feud. cognit. Barthol. Socin. conſil. 165. n. 4. in fin. lib. 2. VVeſenb. conſil. 4. n. 108. p. 1. & de feud. c. 1. n. 8. Hier. Setzer. diſput. feud. 2. th. 66. Schrad. p. 2. c. 2. n. 4.*

## XI.

Circa feudi diviſiones, magna eſt & multorum Interpp. ſcriptis tentata, nec dum tamen ſatis exaſcitata contentio: Num Jure feudali diviſio, qua feudum dividitur in hæreditarium, & ex pacto & providentia ſubſiſtere poſſit? Et ſane illam jure feudi minimè conſentaneam eſſe (quamvis quoad praxin & uſum docendi aliud dicendum) ſimpliciter concludimus.

I. Quia nihil quicquam de hac diviſione, in jure feudali reperitur expreſſum: Nihil autem temerè abſq; lege aſſeverandum, ſed potiùs erubeſcendum, *c. hi qui in Eccleſia, de ſent. excom. lib. 6. c. conſuluiſti. 2. q. 5. l. 5. C. de repud. §. cum igitur. Auth. de non elig. ſecund. nub. §. conſideremus. in auth. de trient. & remiſ.* II. Quia naturæ feudi repugnat, cum illud qualitatem hæreditariam non agnoſcat: Imò à rebus hereditarijs vel allodialibus, prorſus ſeparatam naturam habeat *c. un. An agnat. vel fil. defuncti &c. c. 1. De allod. arg. eorum, quæ tradunt Innoc. in c. ex literis, de Iur. Patron. Alex. conſil. 60. ad fin. lib. 7. Iaſ. in l. non omnis. n. 2. ff. in cert. pet. Decius conſil. 193. n. 5. Molin. in conſuet. Pariſ. §. 7. n. 34. Menoch. conſil. 158. n. 45. lib. 2. Calca. Conſil. nu. 15.*

III. Quia

III. Quia vocabula HÆRES & FILIUS (in quibus fundamentũ hujus diviſionis conſiſtit) promiſcuè & pro Synonimis in jure feudali uſurpantur, ut *in c. 1. §. etſi clientulus. De alienat. feud. pater. c. 1. in fin. Si de feud. defunct. controverſ. ſit. c. 1. De eo qui ſibi & hæred. ſuis c. 1. De frat. de nov. benef. inveſt. c. 1. §. hoc quoq; De ſucceſ. feud. c. 1. An agnat. vel fil. Iacobin. de S. Georg. verb. Præſentes. n. 3. verb. Quibuscunque n. 2. & verb. Et unus ex dictis Vaſallis. n. 3.* Hujus ſententiæ autores ſunt, *Sylvan. conſil. 30. n. 12. & 17. Decius conſil. 185. n. Cæphal. conſil. 224. n. 43. Fulgoſ. conſil. 218. Salycet. in l. 2. q. 20. n 29. C. de Iur. Emphyt. Pariſ. conſil. 23. n. 138. lib. 1. Iaſ. in l. filius qui patri. n. 21. ff. de vulg. & pupill. Camerar. c. 1. q. 1. n. 24. & 31. An agnat. vel fil. Marin. Freccia de different. feud. hæred. & ex pact. & provid. 10. differ. lib. 3. Erneſt. Cothman. conſil. 2. n. 158. Pruckman. conſil. 4. n. 19. & 20 Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. p. 3. n. 84. & ſeqq. Niell. diſp. feud 1. th. 10 lit. b. Obrecht. diſp. feud. 2. th. 298. & ſeq. Fachin. lib. 7. controv. c. 3. Vult. 8. n. 24. & ſeqq. Latè & eleganter Hartm. Piſtor. p. 2. q. 1. n. 99. uſq; ad fin.* Diſſent. *Andr. de Iſern. in c. 1. §. hoc quoq;. De ſucceſ. feud. & c. 1. An agnat. vel fil. Sigiſm. Loffred. in tit. de alienat feud. pat. Curt. p. 1. q. 8. n. 19. Clar. d. §. q. 9. Ioan. Thom de Marit. de gen & qualit. feud. lib. 1. tit. 1. cum ſeqq. Anton. Rab. conſil. 85. n. 5. & conſil. 110. n. 4. Guilielm. à Perno. in notab. feud. 4. notab. n. 9. Aymon. Gravet. conſil. 197. n. 5. Burſat. conſil. 291. n. 76. & 77. lib. 3. Lud. Gozad. conſil 9. n. 52. Marc. Ant. Peregrin. conſil. 8. n. 25. & conſil. 9. n. 7. lib. 1. Cacheran. deciſ. 162. Maſchard. de probat. vol. 2. concluſ. 767. Alvar. Valaſc. de Iur. Emphyt. q. 44. Schrad. p. 2. c. 3. à n. 19. uſq; ad 31. Pet. Ant. de Petr. in tract. de poteſt. princ. c. 23. n. 11. Mynſ. cent. 3 obſ. 67. & cent. 4. obſ. 2 Borch. de feud. c. 4. n. 16. Roſenthal. p. 1. c. 2. q. 1. Schöner. diſput. feud. lib. 1. diſp. 1. th 56. lit. e. Ritterſh. d. loco c. 4. q. 19.*

## XII.

Sed (ſtante præcedenti feudi diviſione) quæritur, Utrum in dubio, ſi ex inveſtitura non ſatis conſtiterit, feudum ſit præſumendum ex pacto & providentia, an verò hæreditarium? Et quamvis crebriori interpretum calculo pro hæreditario concluſum, tamen aſſeſſores Cameræ Imperialis potius contrariam opinionem tanquam veriorem approbarunt, quorum veſtigijs & nos inſiſtemus.

I. Quia

I. Quia in omni diſpoſitione in dubio præſumitur id quod ex
natura ipſius rei eſt, non autem extrinſeca qualitas *Hart. Piſt. p. 2. q.
1. n. 77.* At illa qualitas ut feudum ſit hæreditarium, eſt extrinſeca,
quia non niſi ex pacto; hæc verò, ut ſit ex pacto & providentia ex
natura ipſi à jure feudali tributa eſt *Mynſ. cent. 4. obſ. 2. n. 6.* Ergo
hæc, non illa præſumenda *Tiraquel in l. ſi unquam. C. de revocand. don.
n. 6. Socin. conſil. 253.* II. Quia, quæ facti ſunt, non præſumuntur,
niſi probentur: At hæreditarium eſſe feudum eſt facti, quia illa
qualitas, non niſi pacto conſtituitur. *Ergo. Piſt. d. loco.* III. Quia
contrahentes in dubio id cenſentur voluiſſe, quod jus vult, &
ſuam voluntatem diſpoſitioni juris communis conformaſſe. *l. ex
facto. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. 57. §. 1. ff. ad S S. Trebil, c. cum dilectus
8. Extr. de conſuet.* At feudum qualitatem hæreditariam (ut in
quæſtione præcedenti dictum) non agnoſcit, ſed tantùm ſangui-
nis quæ eſt feudi ex pacto & providentia. Et hanc receptiorem
eſſe opinionem dicunt, *Matth. de Afflict. in prælud. feud. n. 97. & in c. 1.
n. 62. Ex quibus cauſis feud. amit. Ioſeph. Cumia. ad conſtit. Neapol. in ver-
bo antiquis. n. 119. & 134. Iacob. Ardizo in Summa, De ſucceſſ. feud §. Item
quæritur Bald. in l. cum acutiſſimi. in princ. C. de fideicom, Iaſ. in l. 1. n. 57. &
l. 2. n. 188. & ſeq. C. de iur. emphyt. Iacob. de Belviſ. in c. 1. De eo. qui ſibi &
hæred. Alvaret. in c. 1. §. ſed quia, & ibi Iſern. & Sigiſm. Loffred. De his
qui feud. dar. poſ. Gozadin. conſil. 4. n. 26. Curt. conſil. 1. n. 11. & 12. Dec.
conſil. 78. n. 6. Alex. conſil. 19. n. 5. lib. 5. Guilielm. à Perno, conſil. 2. n.
9. Socin. Iun. conſil. 10. n. 11. & conſil. 77. n. 13. lib. 3. Paul. de Caſt. in l. ad-
optivum. n. 4. ff. de in jus voc. Pariſ. conſil. 5. n. 4. & conſil. 23. n. 114. lib. 1.
Ioan. Thom. Minado. conſil. 10. in pr. Bero. conſil. 68. n. 10. lib. 1. Marin.
Frec. lib. 3. de ſub feud. Baron. 25. differ. Cæphal. conſil. 303. n. 23. lib. 3.
Iacobut. de Franch. in prælud. feud. n. 125. Ioan. Thom. de Marin. de feud.
ex pact. & provid. tit. 1. n. 53. Menoch. lib. 3. præſumpt. 94. n. 7. Ioſeph.
Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 767. n. 10. Cacharan. deciſ. 161. n. 5. &
ſeq. Intrigriol. q. 5. n. 47. & ſeqq. VVeſenb. conſil. 82. n. 8. Cothman. con-
ſil. 2. n. 60. & ſeqq. & in 299. Iohan. Koppen. deciſ. 39. n. 23. 24. & 25. &
deciſ. 54. n. 31. Andr. Knich. de pact. inveſt. c. 2. n. 20. cum ſeqq. Anton. Teſ-
ſaur. deciſ. 99. n. 23. Schrad. p. 2. c. 3. n. 31. Vult. c. 8. n. 33. Rittershuſ. c.
4. q. 23.* Diſſent. *Pet. de Greg. in tract. conceſ. feud. p. 2. q. 9. Cuman.
conſil. 166. n. 2. Alb. Brun. conſil. 48. n. 4. Natta. conſil. 501. n. 20. & conſil.*

*634. n. 6. lib. 3. Gaſpar. de Leo. inter conſuet. Neapol. tit. de ſucceſſ. mor. fol. 178. lit. F. & G. Rol. à Vall. conſil. 28. n. 8. lib. 3. & conſil. 3. n. 15. lib. 4. Ruin. conſil. 15. n. 5. & conſil. 17. n. 3. lib. 1. Ant. Rub. conſil. 18. n. 3. & conſil. 84. & 85. n. 4. Nevizan. conſil. 9. n. 8. Iohan. Vinc. de Anan. in repet. c. 1. n. 17. de vaſal. decrep. ætat. Iohan. Pet. Surd. conſil. 105. n. 8. lib. 1. Didac. Covar. lib. 2. var. reſol. c. 18. n. 3. Tiber. Decian. conſil. 58. n. 27. lib. 2. Hier. Schurff. conſil. 136. n. 7. inter conſil. feud. diverſ. Burſat. conſil. 148. n. 19. lib. 2. Becc. conſil. 88. n. 6. Iohan. Garſ. de Expenſ. c. 12. n. 84. Camil. Gallin. lib. 5. de V. S. c. 18. n. 293. And. Alciat. Reſponſ. 160, 179. & 180. Alvar. Valaſc. de Iur. emphyt. q. 43. n. 3. Roſenthal. c. 2. q. 50. Frid. Pruckman. conſil. 2. n. 404. & conſil. 4. n. 21. & ſeq.*

## XIII.

Inter partes etiam hæret controvertentes, An fieri poſſit ut dominus alicui feudum ſeculare novum concedat, jure feudi antiqui, Nach arth vnd eigenſchafft eines Rechten Alten Stamlehens? Non pauci id negant, affirmantibus tamen, fieri nimirum poſſe, & feudum novum ita conceſſum jure feudi antiqui per omnia cenſeri, nos calculum addimus.

I. Quia liberum eſt domino rei ſuæ quam alteri tradit, legem quam vult imponere *l. in re mandata. 21. C. Mandat. l. nemo. 8. C. de Iudæis l. in traditionibus 50. ff. & l. legem. 10. C. de pact.* II. Quia domini & vaſalli conventio ita fuit, ut antiqui feudi vires aſſumat: Ex conventione autem contractus legem accipiunt. *l. 1. § Si convenit. ff. depoſ. l. contractus 23. de R. I.* III. Quia in feudis verba conceſſionis ſive inveſtituræ potiſſimùm conſideranda, atq; ex his magis, quam ex propria ipſorum natura de qualitate eorundem dijudicandum eſt. *c. 1. ubi Bald. & Afflict. de duob. frat. à Capit. inveſt. c. 1. De natur. ſucceſ. feud. c. 1. § penult. Quid ſit inveſt. c. 1. De feud. non hab. prop. feud. natur. Mart. Laudenſ. c. 1. n. 1. Qui feud. dar. poſ.* Si itaque dominus clauſulam hanc inveſtituræ novi feudi apponat, ut illud per omnia antiqui naturam accipiat, nil prohibet, quin jura & effectus illius conſequatur. *Pet. Paul. Pariſ. conſil. 17. lib. 1.* IV. Quia verba diſpoſitiva prolata in aliquo actu per habentes poteſtatē ſic diſponendi, probant, *l. optimam. C. de contrahend. et com. ſtipul.*

*ſtipul. Bart. in l. Si forte n. 5. ff. de caſt. pec. Clem. 2. de probat. Bald. in*
*prælud. feud. n. 43.* V. Quia fieri poteſt ut pactis natura feudi altere-
*tur. c. 1. in fin. De feud. March. d. c. 1. De duob. frat. à Capit. inveſt. Clar.*
*d. § feudum q. 8. Mozz. tit. de accident. feud. n. 29.* Affirmativam hanc
opinionem amplectuntur *Curt. p. 1. q. 8. n. 9. & ſeq. Alvarot. in c. 1. De*
*ſucceſſ. frat. Gravet. in tract. de antiquit. temp. p. 5. ſect. ult. n. 16. Dec. con-*
*ſil. 194. n. 3 & conſil. 285. n 7. Burſat. conſil. 4. n. 24. vol. 1. Ruin. conſil. 12. n.*
*11. lib. 1. Rimin. Iun. conſil. 339. n. 101. & 102. lib. 3. Laur. à Vall. conſil. 60. n.*
*15. cum ſeqq. lib. 1. & conſil. 3. n. 4. & 7. lib. 4. Alb. Brun. conſil. 40. n. 1. &*
*conſil. 37. n. 9. Pancirol conſil. 94. n. 5. & conſil. 104. n. 1. Aug. Bero. conſil.*
*79. n. 9. lib. 1. conſil. 304. n. 11. lib. 3. & conſil. 513. lib. 6. Becc. conſil. 30. n. 5. &*
*conſil. 56. n. 26. Surd. conſil. 15. n. 22 & 23. lib. 1. Magon. deciſ. Florent. 54.*
*n. 24. Bertaz. conſil. civil. 50. n. 19. lib. 1. & conſil. criminal. 363. n. 5. lib. 2.*
*Cothman. conſil. 9. n. 81. Modeſt. Piſtor. conſil. 6. n. 7. & 17. lib. 1. Pet. de Gre-*
*gor. in tract de conceſ. feud. p. 5. q. 3. Thom. de Marin. tit. de feud. ex pact.*
*& provid. antiq. ſive patern. fol. 23. n. 43. Iacobut. de Franch. in prælud.*
*feud. n. 96. & 97. Laur. Kirchov. cent. 2. com. opin. concluſ. 46. n. 19. Ro-*
*ſenthal. c. 2. q. 17. Intrigliol. q. 24. n. 12. cum ſeqq. Mozz. de diviſ. feud.*
*n. 61. Borch. c. 4. n. 6. Schneid. p. 1. n. 68. Gail. lib. 2. obſ 50. Mynſ. cent. 4. obſ.*
*84. Vult. lib. 1. c. 8. n. 6. Ritterſhuſ. c. 4. q. 15.* Diſſent. *Bald. in prælud.*
*feud. n. 44. & l. 1. n. 12. ff. de rer. diviſ. Alvarot. in c. 1. An agnat. vel fil. Iaſ.*
*in prælud. feud. n. 88 & conſil. 57. lib. 1. & conſil. 152. & 180. lib. 2. Oldrad.*
*conſil. 178. Alex. conſil. 30. n. 3. lib. 1. & conſil. 10. lib. 3 Caphal. conſil. 124. n.*
*6. lib. 2. Roman. conſil. 70. n. 8. Curt. Sen. conſil. 50. n. 4. Alb. de Roſat. in dict.*
*Iur. verbo, Novum feudum. Zaſ. conſil. 13. n. 14. lib. 1. Franciſ. Viv. in com.*
*opin. lit. F. Ant Gabriel. lib. 3. concluſ. tit. de Feud concluſ. 1. n. 1. Alex. Rau-*
*denſ. in tract. de analog. lib. 1. c. 34. n. 198. cum ſeqq. & conſil. 60. n. 89. lib.*
*1. Tiraquel. de retract. municip. § 32. gl. un. n. 34. & 37. Schenck Baro. in*
*Viridar. concluſ. 98. Hanneton. de feud. lib. 1. c. 3.*

XIV.

Non minori animi intentione digladiantur inter-
pretes, An in dubio feudum, (præſertim eo caſu, quo
neque dominus neque vaſallus eſt in poſſeſſione illius
feudi, de quo agitur,) potius antiquum vel novum præ-
ſumatur? Pro antiquo affirmativè ſubſcribimus.

I. *Per c. 1. De ſucceſ. fratrum, vel grad. ſucced. in feud. & c. 1. §. item placet. De inveſt. in marit. fact. ubi dicitur*: Onus probationis incumbit illi qui novum dicit. II. *Per c. 1. Si de feud. defunct. content. ſit*: ubi agnatus, qui feudum paternum eſſe contendit in poſſeſſione conſtituitur, non dominus qui novum: Atq; ita præſumitur antiquum. III. Quia, id quod naturale eſt (puta ex ſucceſſione anteceſſorum noſtrorum acceptum) magis præſumitur, quàm quod eſt accidentale. *arg. l. qui habet. 3. §. 1. ff. de tutel. l. ſi quis poſthumos ibi Iaſ. ff. de lib. & poſth. Tiraquel. de utroq; retract. §. 30. gl. 1. n 26.* Et aliàs dicitur, quamlibet rem magis intelligi veterem quàm novam. *Coler. de Proceß. executio. p. 2. c. 2. n. 71. 72.* IV. Quia in dubio id potiùs præſumendum, quod benignius eſt, *l. ſemper. ff. de R. I. l. ult. C. qui bon. ced. poſ. Menoch. de arbit. Iud. quæſt. lib. 2. caſu. 199. n. 6.* Beniguius autem eſt præſumi feudum antiquum: Eo enim caſu agnati (quibus potiùs quàm domino favendum ſecundum, *Iaſ. in prælud feud. n. 97. Alciat. reg. 3. præſumpt. 28. n. 1.*) admittuntur, quia aliàs, ſi novum præſumatur, excluduntur, *Mozz. de natural. feud. n, 15. in fin.* V. Quia novum feudum pendet à conceſſione ſeu conſtitutione nova, quæ cum facti ſit, *l. conſilio. ff. de curat. furioſ.* probari debet *l. aſſeveratio. C. de non num. pec. Thom. de Marin. de feud. ex pact. & provid. antiq. n. 30. & ſeqq. VVeſenb. c. 2. n. 8.* Et hanc opinionem veriorem teſtatur *Bald. n. 1. Iſern. n. 1. Matth. de Afflict. n. 2. & 7. Alvaret. n. 1. in c. 1. Si de feud. defunct. content. ſit. Iacobut. de Franch. in prælud. feud. rubr. ſpecies. feud. n. 98. Dec. conſil. 252. n. 6. & conſil. 269. n. 3. Becc. conſil. 56. n. 2. & conſil. 88. n. 2. Nevizan. conſil. 10, n. 4. Decian. conſil. 11. n. 39. Caphal. conſil. 608. n. 37. lib. 4. VVeſenb. conſil. 93. n. 16. Zaſ. conſil. 13. n. 6 lib. 1. Franciſc. Pfeil. conſil. 67. n. 32. lib. 1. Everhard. Iun. conſil. 41. n. 137. lib. 1. Rol. à Vall. conſil. 3. n. 3. lib. 1. Alban. Mandel. conſil. 78. n. 17. Curt. q. 8. n. 17. Hanneton. c. 3. lib. lib. 1. Gravet. de antiq. temp. p. 5. Sect. ult. n. 4. Ferrar. c. 6. lib. 1. Tiraquel. in retract. lignar. gl. 1. n. 89. & ſeqq. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 93. n, 1. & 2. Maſcard. de probat. concluſ. 771. n. 11. Camil. Gallin. lib. 5. de V. S. c. 18. n. 292. Pet. Ant. de Petr. de poſthac princ. c. 22. n. 138. Sonsbec p. 15. n. 42. Intrigliol. q. 21. n. 20. Borcholt. c. 4. n. 3. & 4. Schrad. p. 2. 3. n. 41. Roſenthal. c. 2. q. 26. Vult. lib. 1. C. c. 8. n. 9. Rittershuſ. c. 4. q. 16.* Diſſent. *Matth. de Afflict. in conſtit. Neapol. in tit. de ſucceß. nobil.*

*p. 2. rubr. 24. n.50* Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 6. gl. 6. n. 89. Oldrad.*
*Nic. de Neapol. & Bald. in l. 1. §. in magiſtratus. ff. de magiſtrat. convent.*
*Tiraquel. de retract. conſang. § 32. gl. 1 n. 93. Iaſ. in conſil. 24. n. 8. lib. 3. A-*
*lex. conſil. 26. n. 7. & conſil. 75. n. 19. lib. 5.* Aliter *Fachin. 7. controverſ.*
*jur. c. 59.* Aliter *Fulv. Pacian. de probation. lib. 2. c. 38. n. 27.*

## X V.

In varias quoque ſcinditur ſententias: Si feudum Vaſallo dominus ita concedat, ut ſingulis annis certam penſionem præſtet, num feudum ſit proprium vel improprium? Poſterius putamus.

I. Quia de proprio feudo ſervitia, non annuæ penſiones præſtantur. *c. un. §. fin. in quib. cauſ. feud. amit. Ioan. Thom. de Marin. De gen. feud. tit. 19. n. 11. Borcholt. c. 4. n. 33.* II. Quia ejuſmodi feudum non eſt gratuitum, *Iaſ. in prælud. feud. n. 57. Curt. p. 1. q. 6. n. 15. & 19. Zaſ. p. ult. in 32.* Ita ſentiunt *Iacob. de Belviſo in prælud. feud. verſ. tertia diſtinctio. Speculat. de Emphyt. §. nunc aliqua. Decian. conſil. 138. n. 7. & conſil. 193. n. 2. Cuman conſil. 16. n. 4 & conſil. 239. n. 3. vol 1. Roman. conſil. 70. n. 22. Gravet. conſil. 373. n. 28. & conſil. 472. n. 18. Natta conſil. 467. n. 12. lib. 2. Decius conſil. 193. n. 5. Cæph. conſil. 1. n. 24. lib. 1. Cyn. in auth. nigreſſi C. de SS. Eccleſ. Seyſel. de definit. feud. fol. 49. & ſeqq. Hartman. Hart. obſerv. 31. Mozz. c. 2. n. 75. Menoch. lib. 3. præſumpt. 95. n. 3. & conſil. 56. n. 4. lib. 1. Schrad. p. 2. c. 4. n. 59.* Diſſent. *Bald. in l. liberi. n. 36. C. de oper. libert. & in l. cum falſa. C. de jur. & fact. ignor. Andr. in c. 1. §. item qui domino. Quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. & c. 1. verſ. nam & illud. De eo qui ſibi & hæred. ſuis. Alexand. in l. utrum. 5. ff. de V. O. & conſil. 136. n. 3. & 4. lib. 1. Mazeus, deciſ. 129. Anton. Capic. deciſ. 103. Afflict. deciſ. 129 n. 4. Frid. Schenck Baro. in c. 1. §. inprimis. Quibus ex cauſ. feud. amit.*

## XVI.

Non ineleganter & illud indagant Interpretes: Utrum feuda Cameræ & Cavenæ ſint in hæredes tranſitoria & perpetua, an verò morte dantis vel accipientis extinguantur? Et niſi merè gratuita ſint, aut pro mercede dentur, neutrius morte finiri & ad hæredes tranſire ſtatuimus.

 I. Per

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599296-p0023-8

I. Per *c. 1. §. fin. De feud. cognit. c. un. De controverſ. inter Epiſc. & Vaſal. & c. 1. §. ſi vero Vaſallus. Quid ſit inveſtit.* Ubi appellantur feuda recta, & proprijs æquiparantur. Feudi autem recti ſive proprij natura eſt, ut in hæredes deſcendat. *Fichard conſil 13. n. 4 & 5. lib. 2. Menoch. conſil. 804. n. 45. & 76. Nicol. Everhard. Iun conſil. 50. n. 14. & 15. lib. 2. Carol. Tapia. ad l. fin. p. 1. c. 3 n. 24. ff. de conſtit. princ.* II. Quia Feudiſtis in more poſitum eſt, ut ubi feudi ex ipſa diſpoſitione conſuetudinum feudalium temporarij, mentionem faciunt, id vel negent jure feudi cenſeri, vel ita depingant, ut de impropria ejus natura ſatis conſtare queat, prout videre licet; *in c 1. §. fin. De his qui feud. dar. poſ. c. 1. §. Item ſi Vaſallus. Si de inveſt. feud. controv. fuer. & multis aliis in locis.* At feudum Cameræ & Cavenæ, niſi de gratuito vel pro mercede dato, ſermo ſit, ubivis ſimpliciter & abſolutè feudum dicitur, *ut d. c. 1 §. fin. de feud. cognit. d. c. un. De controverſ. int. Epiſc. & Vaſall. d. c. 1. §. ſi verò Vaſallus. Quid ſit inveſt.* III. Quia ſemper in dubio feudum juxta propriam ſuam naturam conceſſum eſſe præſumitur, niſi quatenus conſuetudine feudali, aut conventione, aut ſtatuto mutata, & ab ea diſceſſum eſſe probatur. *Hart. Hart. lib. 2. pract. obſerv. tit. 54. obſ. 10. n. 4. Zaſ. de feud. p. 12. n. 3 Hanneton. lib. 4 c. 6. in fin.* Probari autem nullo modo poteſt, quod omne feudum Cameræ & Cavenæ etiam illud, quod pro ſolitis feudalibus ſervitijs in aliquem collatum eſt, cum perſona dantis vel accipientis expiret. Hoc ſtatuentes ſunt, *Alvarot. & Præpoſ. in prælud. feud. 17. diviſ. n. 58. Matth. afflict. in d. c. 1. § fin. n. 22. de feud. cognit. & c. 1. § fin. n. 42. Quis dic. Dux, March. &c. Iaſ. in prælud. feud. n. 125 Sonſbec. p. 4. n. 35. & 36. Schneid. p. 2. n. 24. Shrad. p. 2. c. 3. n. 84. Roſenthal. c. 2. q. 75. n. 6. Mozz. tit. de diviſ. feud. n. 80. & 82. Ioan. Richard. Scheff. in diatypoſi Iuriſprud. tit. de feud.* Diſſent. *And. de Iſern. in c. 1. n. 3. de feud. March. Iacob. de Belviſ. in d. c. 1. § fin. & ibi Alvarot. n. 3. & Præpoſ. n. 5. de feud. cognit. Ardizo. Rubr. 26. Schenck Baro in c. 1. n. 3. De not. feud. Pet. Iacobin. in 4. diſtinct feud. Thom de Marin. tit. 24. n. 14: Iohan. Blanc. in ſumma ſua tit. De quibus feudis non eſt Succeßio. Borcholt. c. 4. n. 29. Vult. lib. 1. c. 8. n. 15.*

# AUCTARIA.

I.

*An filius eos ſumptus, quos pater vel mater ſtudiorum cauſa ipſi ſubminiſtrarunt, veluti ſunt libri, mercedes quæ præceptoribus dantur, impenſæ in gradus Magiſterii nimirum vel Doctoræ &c. in hæreditatem conferre teneatur? Negamus.*

II.

*Num rectè per principes & alios locorum dominos, venandi poteſtas privatis ſit adempta, ut jure nunc ab uſu ejus probiberi poßint? Affirmamus.*

III.

*Quæritur, Si princeps alicui ob benè merita donet caſtrum, vel quid aliud, poſtea verò idem illud alteri benè merito concedat, uter horum donatariorum præferendus? A parte prioris cum Gailio ſtamus.*

IV.

*An vicino vicinus, ex cujus ædibus incendium fortè fortuna oritur, damnum reſarcire teneatur? Diſtinguimus.*

V.

*Licet & illud indagare, Si injuriatus injurianti*

rianti

*rianti propinarit, an mutua hac compotatione injuriam remiſiſſe cenſeatur? Et niſi Aulico jure facta ſit, affirmamus.*

*VI.*

*Mandans hominem vulnerari, & expreſſè prohibens ne occidat, ſi mandatarius mandati fines exceſſerit, & eum occiderit, utrum ordinariam homicidij pœnam ſubire teneatur, ambigitur? Negamus.*

MONITI MELIORA SEQUEMUR.

# FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599296-p0026-6

Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle 3
002 392 011

Sb

VD17

Retrokonv.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599296-p0027-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599296-p0028-7

1610 9 21.
37

…UM IU-
…QUAE.

… I.

… AU-
…OMINE,
…ALIQUOT
…DORUM.

…TUNANTE

…LIELMO
…I. D.
*…enſium Aca-*
*…ante meridiana*
*…bjicit*
…EBAHRUS

…AE,
…nis Gormanni.
…X.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-599296-p0029-5